

iisque de vita (vel temporalis, vel spiritualis, vel utriusque,) necessariis prospiciunt, eos ducunt, alunt, defendunt, sanant, &c. sic namque magistratus dicitur *pascere* subditos, 2. Sam. V, 2. tu pases populum meum; (Psalm. LXXVIII, 71. David ut pasceret Jacob:) item Doctores ecclesiastici, Ezech. xxxiv, 2. seq. Jerem. III, 15. imò Deus ipse, Psalm. XXIII, 1. 2. Iesu. XL, II. (portabit, &c.) & Messias Mich. V, 3. VII, 14. &c. Quare & hōc locō orat David, ut Deus *tum* mediātē per bonos pastores, quā politicos, quā ecclesiasticos, *tum* immediatē per propriam assistentiam populo suo præsse velit. Affixum plurale sensu refertur ad collectivum *populus*.

**וְנִזְנַת וְנִזְנָת** *porta vel extolle eos:*) verbum, נִזְנָת in piel significat extollere supra alios, eminentiorem aliquem facere; quomodo v. g. Deus נִזְנָת regnum Davidis, 2. Sam. V, 12. Ahasverus Hamanem, Esth. III, 1. V, II. Satrapæ Judæos cap. IX, 13. Deus redemptos suos, Iesu. LXIII, 9. Quare & hōc locō designatur talis Dei circa ecclesiam suam cura, quā eandem supra cunctos extollit adversarios, bonisque *tum* gratiæ, in hāc vitā, *tum* gloriæ in alterā, eam summè reddit, gloriosam ac conspicuam. Huc refer illud Exod. XXXII, 15. (alas expandit &c.) & Deut. I, 31. sicut, pater gestat parvulum.

#### USUS PRACTICUS E VERSU I.

(1) *Locus de invocationis Objecto invocando, qui est solum Deus, non sancti; De Subiecto invocante, homine periclitante, respiciente, in Petrā confidente &c. de bonis petendis; precationis modo, tam quoad internos cordis, quam externos gutturis, labiorum manuumque motus,* &c.

(2) *De Dei, tanquam Petræ, erga homines propensione ac constanti defensione: de ejusdem probatione, quando aliquandiu ad preces nostras tacet: de exalta suorum cognitione,* 2. Tim. II, 19.

(3) *De impiorum exitu infasto, animarum ēterno in fovea infernali cruciau, de vitando eorundem commercio, ne participantes de eorundem vitiis implicemur similibus quoque plagiis, quando ventilabit scilicet Deus tritum cum paleis,* Matth. III, 12.

#### USUS E VERSU II.

(1) *De Precantium gestibus à Pharisæis hypocrisi cautè secernendis;* Matth. VI, 5. seqq.

(2) *Templum, seu locus sacrorum conventuum, frequentandum, quoad fieri potest, cupidissime. Propitiatorium, Messias, curandum unicè;* Rom. III, 25.

#### USUS E VERSU III.

(1) *Impiis communes ut plurimum imminent plaga.*  
(2) *In vitiis cavenda sunt initia, ni mature resipiscas,*

## PSALMI XXIX. DISPOSITIO.

### Vox tonans. Baptismus.

**S**icut non absone est nonnullorum conjectura, ansam Psalmo huic conscribendo præbuisse grandem quandam tempestatem, ubi invalescentibus fragoribus fulguribusque, imò & imbris undique valles ac declivia complentibus, David promissionem post diluvium à Deo factum sibi Deoque reduxerit in memoriam; (Gen. IX, 11. seqq.) ita cogitandum simul de Davi-

A *insperato habitum male agendi contrahes, qui curatu per quam difficilis.*

(3) *Pestiferum fraudiloquentie malum, quando mel in ore, fel in corde.*

#### USUS E VERSU IV.

(1) *Justus esse solet Deus in compensandis impuniten- tium malis. Huc pœna talionis.*

(2) *Catena impietatis multis omnino vitiorum constat ansulis.*

(3) *Quando imprecari liceat, vide in annotat.*

#### USUS E VERSU V.

(1) *Socordia in sacris profanisque operibus divinorum contemtus, fons est vitiorum plagarumque uberrimus:* Jes. V, 24.

(2) *Etiam gentilium est, è creaturis Creatorem cognoscere ac admirari:* Rom. I. & II.

(3) *Varia sunt Dei opera tum potentie, tum sapientiae, tum justitiae, tum clementiae. Vide symbolum Apostolicum.*

(4) *Qui superedificari nolunt saxo angulari Christo, subruentur sua culpa funditus:* Matth. XXIII, 37. Iesu. LXV, 12. Luc. VII, 30. 1. Cor. III, 10. seqq. 1. Pet. II, 5. Eph. II, 20. IV, 12. &c.

#### USUS E VERSU VI.

(1) *Exauditio precum certa, sapiens, tempestiva &c.*

(2) *Laus Dei sit ingenua, hilaris, devota, constans, Col. III, 17. Eph. V, 19.*

#### USUS E VERSU VII.

(1) *Fides innitatur soli Deo ut robustissimo, ut invicto, ut suspicenti, defendant, beanti. Id namque vult nomen Clypei, Petræ, &c.*

(2) *Hymni atque Cantica in ecclesia tam militante quam triumphante, Deo sunt gratissima.*

(3) *Gaudium è Deo profectum nobilissimum omnium atque unicè appetendum. Vana de cetero atque periculosa sunt omnia.*

#### USUS E VERSU VIII.

(1) *Dei omnipotentia impervestigabilis:* Eph. III, 20. Ab eodem omne proficitur in creaturis robur: pendulum proinde sperandumque humiliter.

(2) *Officio divinitus collato (si ipsius unctus es,) insiste constanter: qui te vocavit semel, aptum quoque u præstabit semper, si invocaveris.*

#### USUS E VERSU IX.

(1) *Orandum non pro nobis solis, sed pro populo vel ecclesia universa.*

(2) *Amor Dei erga ecclesiam est planè singularis, tanquam erga bonum hereditarium.*

(3) *Ecclesia, ac membra ejus singula, expectandam à Deo habent salutem, benedictionem, gubernationem, evectionem. Quæ hic non contingunt, certi servantur in futurum.*

L. Hono-

dis spiritu Prophetico, qui haud dubiè vim vocis evangelicæ filiorumque tonitru (Marc. III, 17.) mentis suæ oculis præsentem habuit, ubi baptismi diluvium salutare extinxit mirabiliter Adamum veterem, filiosque Dei tenellos arcæ Noachicæ velut inclusos potenter seruavit: 1. Pet. III, 21. Cujus vero hic